Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uidebitis celum apertum & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis. In die scō. lcō. Ad Roma-
Ros: Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit
ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit
in illum non confundetur. Non enim est distinctio inter
Iudeum et Grecum. Nam idem dns omnium. diues in omnes qui inuocant
illum. Omnis enim quicuq; inuocauit nomen domini
saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non
crediderunt: aut quomodo credent ei quem non audierunt:
Quomodo autem audient sine predicante: Quomodo
uero predicabunt nisi mittantur: sicut scriptum est.
Quam speciosi pedes euangelizantium pacem euangelizantium
pacem euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt
euangelio. Ysaias enim dicit. Domine quis credidit auditui
nostro: Ergo fides ex auditu: auditus autem per uerbum xpi.
Sed dico. Numquid non audierunt. Et quidem in omnem
terram exiuit sonus eorum: in fines orbis terre uerba eorum.
Alleluia. Ambulans iesus iuxta. Sōm Mathim.
mare galylee. uidit duos fratres simonem qui uocatur petrus. & andream fratrem eius mittentes rethe
in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite
post me. & faciam uos fieri piscatores hominum. At
illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et pro-
cedens inde uidit alios duos fratres. iacobum zebedei
& iohannem fratrem eius. in nauicula cum zebedeo pre
patre reficientes retia sua & uocauit eos. Illi autem
statim relictis retibus & patre secuti sunt eum. In vig.
Thome apli. lcō. Benedicam dnm. Sōm Marcum.
Alleluia. Conuocauit iesus duodecim & cepit eos